cõmemorati ſunt ſemitas eius: Sicut dicit: Hoc vinũ ſẽtit ter
ritorium: vel ſicut vas vuarum dicitur ſapere vinum: ita qui
terrena ꝯtinet odorẽ terreũ ⁊ ſaporem. Illud dicitur et ſimi/
liter de ſpiritualibus: quia qd̃ noua teſta capit inueterata ſa/
pit. Roma. viij. a. Qui ſm̃ carnem ſunt que carnis ſunt ſa/
piunt. a ❡Noſtra autem ꝯuerſatio. Oſtendit q̃re de/
bent eum imitari. q. d. deberis me imitari: quia ꝯuerſatio nr̃a
talis ẽ q̃ meret celeſtia p̃mia: qꝛ ſaluatorẽ expectamꝰ ⁊c̃.
Ergo/ noſtra ꝯuerſatio in celis. i. ꝓ celeſtibꝰ eſt: que mi
hi ſunt premia. Uel/ In celis. i. celeſtis eſt ⁊ angelica: quia
in carne preter carnẽ viuere ãgelica vita ẽ.
ij. Cor. x. a. In carne eni ambulãtes nõ
ſm̃ carnem militantes. Uel/ In celis ẽ
. i. deſiderio mentis et ſpe ⁊ ꝯtẽplatione
ꝯuerſor in celeſtibꝰ. Mat. vj. c. Ubi eſt
theſaurus tuus: ibi ẽ ⁊ cor tuũ. i. mentis
deſideriũ. Theſaurꝰ noſter/ chriſtus eſt.
Ioh. xij. d. Ubi ego ſum illic ⁊ miniſter me
us erit: p̃mo ſpe: tandẽ re. Mat. xxiiij. c.
Ubi fuerit corpꝰ/ illic ꝯgregabũt ⁊ aqle.
Iob. vij. c. Suſpendiũ elegit aĩa mea. i.
ꝯtemplationẽ celeſtiũ: Sicut maria que
optimã partẽ elegit: vt dicitur Luc. x. g.
Item. ij. Cor. iiij. d. Non ꝯtẽplantibus
A nobis ea que vident: ſed que nõ vident:
temꝑalia ſunt eni que vident: que autem
nõ vident eterna. ij. Cor. iij. d. Nos ve/
ro omnes reuelata facie gloriã dñi ſpecu/
lantes in eandem imaginem transforma/
mur a claritate in claritatẽ tanq̃ a dñi ſpiritu. Sic ergo per
ꝯtemplationẽ apoſtolus oſtendebat ſe eſſe de patria celeſti: ſi
cut ad litteram dinoſcit ꝙ aliquis eſt de ciuitate aliqua q̃ſi in
magnis feſtiuitatibꝰ vadit illuc cum familia ſua. Sic aĩa maxi
me in ſolennibꝰ vacans ꝯtẽplationẽ aſcendit in celũ cum fami
lia bonarũ cogitationũ ⁊ ſanctarũ affectionũ: et ſic per ſapo/
rem. i. ꝑ amorẽ celeſtiũ ꝓbat ꝙ ſit de territorio celeſti: ſicut d̃
vino oſtendit ſapor in qua terra creuerit. Uñ Col. iij. a. Si
ꝯſurrexiſtis cũ chriſto: que ſurſũ ſunt ſapite: nõ que ſuper ter/
ram. Tria eni maxime oſtendunt hoĩem eſſe de celo: lingua ⁊
mores ⁊ affectio ſiue amor. Lingua: Sic dñs Ioh. iij. d. Qui
de terra eſt: de terra loquit. Et in eodem. Quẽ eni miſit deus
verba dei loquit. Ex h̃ patet ꝙ pauci ſunt nũcij dei qꝛ oẽs de
terra loquunt. Eſa. xxix. a. Et erat q̃ſi phytonis de terra vox
tua: et de humo muſitabit eloquiũ tuũ. Iſti ſũt pure azotici
ſed alij ſũt mixti q̃ loquuntur lingua populi et populi azoti/
ce et iudaice: ſed abiecit eos neemias: et abſtulit ab iſrael: vt
dicit Neemię. xiij. d.. Alij aũt pure iudei. i. celeſtes: de q̃bus
dicit Mat. xxvj. g. Uere tu ex illis es: nã ⁊ loquela tua mani/
feſtũ te facit. Et Marci. xiiij. g. Uere ex illis es: nã ⁊ galileus
es. Itẽ mores oſtendũt de q̃ patria ſit homo. Uñ hic dicit apo
ſtolus: Noſtra ꝯuerſatio i celis ẽ. i. oſtẽdit ꝙ ſimꝰ de ce/
lo. Sꝫ iſti duo teſtes aliq̃ñ fallũt: lingua. ſ. ⁊ mores exteriores
qꝛ multi bonũ dicũt: vt ſint de p̃ria celeſti ⁊ oſtẽdũt mores: vt
hypocritę: tñ ſũt de babylõe: qꝛ nõ habẽt tertiũ. ſ. amorẽ ⁊ affe
ctionẽ celeſtis p̃rię. Et ſic magi pharaonis deficiũt. ſ. i tertio
ſigno. Et h̃ eſt verũ ſignũ ⁊ infallibile. Uñ Ioh. xiij. d. In h̃
cognoſcẽt oẽs ꝙ mei diſcipli eſtis: ſi dilectionẽ habueritis adiui
cẽ. b ❡Uñ etiã. i. ex merito ꝯuerſationis. d ❡Expectamꝰ/
i ſpe. c ❡Saluatorem. Luc. xij. e. Et vos ſimiles hoĩbꝰ
expectãtibꝰ dñm ſuũ: e ❡Qui reformabit corpus: ſto/
la claritatis eternę. Malach. iij. a. Quaſi ignis ꝯflãs ⁊ q̃ſi herba
fullonũ: Si ſtatua deformata ẽ oportet ꝙ fũdat: Si turpis
eſt pannꝰ oportet ꝙ tradatur fullonibꝰ: ſic dñs corpora no/
ſtra quaſi conflat ⁊ fundit per ignem tribulationũ: ⁊ quaſi cõ/
culcat ad modũ fullonũ: ieiunijs ⁊ vigilijs: Scd̃m ꝙ dicit de
aliquo quando multum vigilauit ⁊ laborauit: iſte totus ꝯcul/
catus eſt. Quibus ergo dñs hoc facit: ſperent promiſſionem:
nõ alij. Unde ſignanter dicit: f ❡Corpus humilitatis:
id eſt delectionis ⁊ conculcationis. Sed quid ergo fiet de ſup
bis: Unde Eſa. ij. c. Dies dñi exercituũ ſuper omnẽ ſuperbũ
et excelſum ⁊ ſuper omnem arrogantem ⁊ humiliabit. j. Ioh
iij. a. Scimus quoniam cũ apparuerit ſimiles ei erimꝰ. Eph.
iiij. c. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mẽ/
ſurã etatis plenitudinis chriſti. Et h̃ põt facere/ g ❡Scd̃m
operationem: id eſt potentiam operandi. h ❡Qua poſ
ſit etiam ſibi ſubijcere omĩa: id eſt qua ſubijcit ſibi om/
nia velint nolint. Poteſt eni ⁊ filius etiam inquantũ deus ſub
ijcere ſibi homini omnia vniuerſali ſubiectione: licet nõ omĩa
ſubiecta ſint ei volũtarie. Uñ Heb. ij. b. Omnia ſubiecta ſub
pedibus eius. In eo autem ꝙ oĩa ſubiecit: nihil dimiſit non
ſubiectum ei: Nũc autẽ nec videmꝰ om/
nia ſubiecta ei eſſe. Exo. x. a. Uſq̃quo ñ
vis ſubijci mihi. Roma. x. c. Non om/
nes obediũt euãgelio. j. Cor. xv. d. Opor
tet illum regnare donec ponat oẽs ini/
micos ſub pedibus eius: nouiſſime autẽ
inimica deſtruetur mors: omnia eni ſub/
iecit ſub pedibus eius. Cum autem dic.
Omnia ſubiecta ſunt ei: et tunc ipſe filius
ſubiectus erit illi q̃ ſibi ſubiecit omĩa: vt
ſit deus omnia in omnibus.

Itaq̃ fra/ ❡Expo. Ca. IIII.
tres ⁊c̃. Hec eſt ſecunda ps hu
ius epiſtolę: in qua ponit moralẽ
inſtructionẽ. Et diuidit hec ſecũda ps in
duas principales. In prima parte pro/
prie inſtruit eos moribus. In ſecunda re
fert gratias pro beneficijs ſibi impenſis
ab eis: ibi: Gauiſus ſum ⁊c̃. In pri/
ma igitur primo hortatur eos ad perſeuerantiã: ibi: State.
Secundo ad concordiã: ibi: Euchodiam rogo. Tertio
ad mutuam ſubminiſtrationẽ: ibi: Etiã rogo ⁊ te. Quarto
ad gaudium ſpirituale: ibi: Gaudete in dño. Quinto ad
honeſte conuerſandum: ibi: Modeſtia veſtra. Sexto re
uocat nos a temporali ſollicitudine: ⁊ inuitat eos ad orandũ:
ibi: Nihil ſolliciti. Septimo orat pro eis vt eis optat pa/
cem faciant: ibi: De cetero fratres ⁊c̃. Secũda autẽ pars
huius ſecundę partis ſuo loco ſubdiuidet. Dicit ḡ/ i ❡Itaq̃
fratres ⁊c̃. Continuatur autem ſic. Supra poſuit primum.
hic autẽ propoſito premio: monet ad ſtãdũ ne p̃mio fruſtren
tur. Uel ſic. Supra monuit vitare pſeudo: hic monet ſtare
in cepta fide ⁊ propoſito. Et dicit: Fratres. Ecce ſpiritualis
cognatio ⁊ humilitas in hoc ꝙ ſe eis cõnumerat. Ecc̃i. xxxij.
a. Rectorem te poſuerunt ⁊c̃. k ❡Chariſſimi: Ecce precio
ſitas animarum in prelato celante. Precioſum eni debet eſſe
ſeruo qd̃ dñs tãti emit. j. Pet. j. c. Non corruptibilibꝰ auro ⁊
argento ⁊c̃. l ❡Et deſiderãtiſſimi/ quos videre deſidero:
vel qui me deſideratis videre. Uel aliter. k ❡Chariſſimi:
eni nos ſumus. Chariſſimi in mercato chriſti: id ẽ nimis cha
ri: qꝛ nõ valemꝰ tãtũ preciũ eſtimare. Qd̃ tñ falſificamur nos
et perdimus per peccatum: quare ergo emit tam chare: Ideo
ſubditur: cum dicit: Deſiderãtiſſimi/ a chriſto. ſ. nimis deſi
derati. Mercator eni que plus deſiderat: charius emit q̃ va
leat. Dicit ḡ: l ❡Deſiderãtiſſimi gaudium meum/ in
preſenti. m ❡Et corona/ in futuro. j. Theſſal. ij. d. Que ẽ
noſtra ſpes aut gaudium aut corona glorię: nonne vos ante
dñm noſtrum ieſum chriſtum eſtis in aduentu eius: Uos eni
eſtis gloria noſtra ⁊ gaudium. ij. Cor. j. c. Gloria veſtra ſu/
mus: ſicut ⁊ vos noſtra. Prouerb. xvij. a. Corona ſenum
filij filiorum. Ecc̃i. xxxij. a. Rectorem te poſuerunt noli extol
li: ſed eſto in illis quaſi vnus ex ipſis: curam illorum habe: et
ſic conſidera: ⁊ omni cura tua explicita/ recumbe vt leteris ꝓ
pter illos: ⁊ ornamentum gratię accipies ⁊ coronam ⁊ digni/
tatem conſequeris congregationis: ſuper menſam erat aurea
et aureola. Menſa dñi ſunt prelati qui pro meritis ſuis ⁊ pro
meritis ſubditorum coronabuntur. E contra eſt de malis pre
latis. Eſa. xxij. e: dicitur ad prepoſitum templi. Coronans
coronabit te tribulatione. n ❡Sic ſtate: id eſt non ali/
ter q̃ cepiſtis. o ❡In domino: in his que dñi ſunt. ſ. fide

❧ et bona conuerſatiõe

a Noſtra autem conuerſatio in
b c celis eſt. Unde etiam ſaluato
d rem expectamus/ dñm noſtrũ
e ieſum chriſtum: qui reforma/
f bit corpus humilitatis noſtrę
configuratum corpori clarita
g tis ſuę: ſm̃ operationem vir/
h tutis ſuę: qua poſſit etiam ſub/
ijcere ſibi omnia. ❡Capi. IIII

i k Itaq̃ fratres mei cha/
l riſſimi ⁊ deſiderãtiſſimi
m gaudiũ meũ et corona
n o mea: ſic ſtate i dño chariſſimi.

a Euchodiam rogo ⁊ ſynticen depꝛecoꝛ idipſum ſapere i do mino. Etiam rogo ⁊ te germa b ne compar: adiuua illas q̃ mecū laboꝛauerūt i euāgelio c cū clemēte ⁊ ceteris adiutoꝛib⁹ d e meis: quoꝝ nomina ſunt in li f bꝛo vitę. g Gaudete i dño h ſemper: iterum dico gaudete. i k

et bona ꝯuerſatiõe. Ps. Stantes erant pedes noſtri: i atrijs tuis hieruſalem. Bona ꝯuerſatio eſt atrium ſupne hieruſalē. Ezech. j. b. Planta eoꝝ quaſi plāta pedis vituli. Uitul⁹ eni firmit ſtat ⁊ figit gradū. Eccs. x. a. Si ſpūs ptātē habentis aſcē derit ſuper te: locum tuum ne dimiſeris. Eccl. ij. a. Fili acce dens ad ſeruitutem domini: ſta in iuſticia et timoꝛe: Qua ſi duos pedes ſuſtinentes hominem ſunt iuſticia de pꝛete ritis peccatis: et timoꝛ: id eſt cautela de futuris. Naum. ij. c. State / ſtate ⁊c. j. Coꝛ. xvj. c. State i fi de / viriliṫ agite ⁊ confoꝛtamini i dño / nō i peccato. In peccato eni non eſt ſtandum ſed exeundū. Eſa. lij. c. Recedite recedi te / exite inde. a ¶ Euchodiam rogo ⁊c. Iſtę mulieres religioſę erant magni nois: et ſolebant recipere pꝛedicatoꝛes q̃ veniebant philippis: et in magno peri culo erat ne reciperent pſeudo: et iō pri⁹ admonet has feminas ꝙ̃ alios idipſū ſapere. ij. a. Implete gaudiū meū vt idē ſapiatis. j. Coꝛ. j. b. Idipſum dicatis om nes. b ¶ Adiuua illas. Pꝛouer. xviij. c. Frat q̃ iuuaṫ a fr̃e ē q̃ſi ciuitas firma. Simile dic de q̃dā muliere. Roma. vlti. a. i. ſuſcipiatis eā i dño digne ſctis: et aſſiſtatis ei in quocūq negocio veſtri indigue rit. Job. xxix. c. Ocul⁹ fui ceco ⁊ pes claudo. c ¶ Que me cum laboꝛauerūt. Nunquid ergo circūduxit feminas q̃ miniſtrabāt ei: Dicendū ꝙ non: ſicut dicitur. j. Coꝛ. ix. a. ſed hoc dicit: q2 q̄n venit philippis pꝛedicauit: poſt feminę ſuſce perunt eum. Sed quare nō ſalutat lydiam purpurariam quę pꝛimo eum ſuſcepit philippis. Act. xvj. c. Reſponſio. Foꝛ te iam moꝛtua erat: vel adierat i ciuitatem thiatyrenoꝝ vnde erat. d ¶ Et ceteris adiutoꝛib⁹ meis: quos in noie nec ſcribo in hac epiſtola: nec inde tñ debent contriſtari. Quia / e ¶ Quoꝝ noia: id eſt merita et pꝛemia ſcripta ſūt / f ¶ In libꝛo vitę: q̃ eſt pꝛedeſtinatio diuina. Luc. x. c. Gaudeo aūt quia noia veſtra ſcripta ſūt i libꝛo vitę. Eſa. iiij. b. Sctūs vo cabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita i hieruſalem. Sed multi videntur eſſe ſcripti modo in illo libꝛo: q̄ q̄n aperietur liber non inueniēt ſe ibi: nec genealogiā ſuā. i. plem bonoꝝ operū: Si cut dicitur. j. Eſdre. ij. d. de q̄buſdā. Hi queſierūt genealogię ſuę ſcripturā: ⁊ nō inuenerūt: et electi ſūt de ſacerdotio. In cę lo non inuenitur peccatoꝛis ſcriptura: quia ſcriptus eſt in terra. Hiere. xvij. b. Recedētes a te in terra ſcribentur. Apoc. xx. d. Et libꝛi apti ſūt ꝯſciētiarū. ſ. alius liber aptus eſt: qui eſt liber vitę: et iudicati ſunt moꝛtui ex his q̃ ſcripta erāt i libꝛis. Eccl. xxiiij. c. Hęc oia liber vitę ⁊ teſtamētū altiſſimi. g ¶ Gau dete ⁊c. Hic inuitat eos ad gaudiū ſpirituale. Et dicit bis: Gaudete. q. d. multū indigetis gaudio ſpūali: q2 in h valde ꝯfunditur diabolus. Un̄. j. Reg. iiij. b. Philiſtiim ingemuerūt dicētes: vę nobis: non eni fuit tanta exultatio heri ⁊ nudius tertius: vę nobis q̃s nos ſeruabit de manib⁹ iſtoꝛum deoꝛum ſublimiū: Bis dicit: Ue nobis: ſicut ⁊ hic dicitur bis: gaudete. Pꝛouerb. xx. d. Exultatio iuuenū foꝛtitudo eoꝝ. Econtra. Pꝛouerb. xvij. b. In meroꝛe animi deijcitur ſpūs. Et Eccl. xxxviij. b. Triſticia coꝛdis flectit ceruicē. Gaudete: contra triſticiā ſeculi q̃ moꝛtē opatur nūc. Uel / Gaudete / de bono vię qd iam habetis. k ¶ Iterum dico gaudete / de bono patrię qd expectatis. Un̄ Cant. vlti. a. Leua ei⁹ ſub capite meo / ec ce pꝛimū: et dextera ei⁹ cōplexabitur me / ecce ſecūdū. Gaude te / de exhibitiōe: gaudete / de pmiſſiōe: q̄m res plena gau dio ē. Gaudete: q2 recepiſtis dona ſiniſtrę: gaudete: q2 ex pectatis pmia dextrę: In dextra delitię: in ſiniſtra ei⁹ ſūt me dicinę. Eſt aūt q̃druplex bonū vię: qd deſignatur p quattuoꝛ flumia paradiſi. ſ. bñficiū incarnatiōis / paſſiōis chꝛiſti / reno uationis nr̃ę p penitentiā ⁊ fructificationis bonoꝝ operū per gram. Un̄ Gen. ij. b. Non erat homo q̃ oparetur terram: ſed aſcendebat fons de terra irrigans ſuperficiē terrę vniuerſam. Et poſtea ſubditur: Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum: qui inde diuiditur in quattuoꝛ capi ta. Beata ſiquidem virgo ē ipſa terra: quam operatus non ē homo: de qua ſine virili ſemine aſcēdit chꝛiſtus fons gratię. Ipſa etiā locus voluptatis ⁊ totius calamus diuinitatis: de lectabilis: de qua egreſſus eſt fluuius miſericoꝛdię: chꝛiſtus ir rigans ſuis beneficijs paradiſum: id eſt eccleſiam. Qui fluui⁹ dicitur diuidi in quattuoꝛ capita: pꝛopter quattuoꝛ beneficia capitalia ab eo collata: quę quattuoꝛ fluminib⁹ paradiſi deſi gnātur. Beneficiū icarnatiōis ſignificatur p geō: q̃ interpꝛetatur ter ren⁹: tūc eni tren⁹ factus ē / quādo. ſ. i tris viſus ē: ⁊ cū hoib⁹ cōuerſat⁹ ē. Iſte ē ni lus q̃ fecundat egyptū: id eſt mūdū ⁊ cir cūit ethiopiam quę interpꝛetatur caligo vl tenebꝛę: quia dei filius carnem aſſumens factus eſt terrenus: vt animam ſterilē fe cundaret ⁊ mentis noſtrę caliginem illu minaret. Unde Joh. ix. a. Fecit lutū ex ſputo: id eſt ſaliuam terrę miſcuit: diuini tatem. ſ. humanitati vniuit: et ſic totū ge nus humanū illuminatū eſt. Tigris ſig nificat beneficiū paſſionis. Tigris enim an̄al raptos ſibi catulos tāto amoꝛe re quirit: ꝙ nō veretur iſilire i ſpiculū venatoꝛis: ſic chꝛiſt⁹ p nobis ſe expoſuit ſpiculo moꝛtis. Iſte fluui⁹ vadit contra aſſyrios: quia paſſio chꝛiſti demones debellauit. Phi ſon autem ſignificat beneficiū noſtrę renouationis quę fit per penitentiam. Anima eni defoꝛmata aduſta diuerſis aduſtio nibus: id eſt culparū iniquitatib⁹: vt dicitur Eſa. xiij. b. Fa cies combuſtę vultus eoꝝ ſoꝛdida ⁊ fetida. Talis inquit ani ma renouatione indiget. Hanc autem turpitudinē lauat abyſ ſus miſericoꝛdię dei: qui eam renouat qui circūit terram eui lath: id eſt mentem penitētis. Euilath interpꝛetatur parturiēs. Anima enim parturiens moꝛe parturientis dolet per contri tionem: clamat per confeſſionem: et ſic ſpernit mundū ſiue di abolū emittit per anguſtias penitentię quem receperat p vo luptatē culpę. Job. xxvj. d. Obſtetricante manu eius educt⁹ eſt coluber toꝛtuoſus. Euphꝛates ſignificat multiplicationē virtutum ⁊ bonoꝛum operum. Interpꝛetatur eni fructificatio ⁊ quę quidem eſt a gratia dei. Unde Leuit. xxvj. a. Dabo vo bis pluuias tempoꝛibus ſuis: id eſt donationes gratiarum: et terra: id eſt mēs gignet germē ſuū: cogitationis ſcilꝫ et volun tatis bonę: ⁊ pomis arboꝛes replebuntur: id eſt virtutes vobis datę fructificabūt opera conuerſationis ſanctę. Item. Gau dete / de bñficijs patrię. Gen. xxvij. d. Det tibi deus de roꝛe celi ⁊ de pinguedine terrę: id eſt delectari in diuinitate ⁊ hu manitate chꝛiſti: hoc eſt mel ⁊ lac: quibus fluit patria celeſtis. Abundantiā frumenti vini ⁊ olei. Frumentum eſt confoꝛta tio iraſcibilis: vinū iocunditatis concupiſcibilis: oleum clari tatis rationabilis: Nā panis confoꝛtat: vinum letificat: oleū illuminat: Uel frumētum qd coꝛroboꝛat: ſignificat ſtolam coꝛ poꝛis: vinum letificans ⁊ omnem curam ſepeliens: ⁊ omnem doloꝛem euacuans: ſignificat ſtolam animę: oleum ꝙ oi li quoꝛi ſuperenatat ſignificat gloꝛiam vtriuſq: quia hęc gloꝛia quicquid ex cogitari poteſt exuperat. Dicit ergo: Gaudete ergo: quia habetis bonum dñm mitem ⁊ manſuetum. Item h ¶ In dño: id eſt ita qd gaudium veſtrum non ſit cōtra dñm. Gaudium diaboli eſt impietas contra dñm. Pꝛouerb. ij. c. Letantur cum male fecerint ⁊c. Gaudium mundanū vanitas contra pꝛoximum. Job. xxj. b. Gaudēt ad ſonitū oꝛgani: du cunt in bonis dies ſuos ⁊c. Item gaudium carnis voluptas contra ſeipſum. Pꝛouerb. xiiij. b. Extrema gaudij luctus oc cupat. Eccl. ij. a. Riſum reputaui erroꝛem ⁊ gaudio dixi quid fruſtra deceperis. i ¶ Sēper: gaudiū eni in dño nō ē ad ho rā. ij. Coꝛ. vi. b. Quaſi triſtes ſemper aūt gaudentes. Econ tra dicitur Job. xx. a. Gaudium hypocritę adinſtar puncti. Et nota ꝙ pꝛemunit nos apoſtolus contra diuerſa vitia. Pri mo contra triſticiam: ibi: Gaudete. Contra immoderantiā: ibi: Modeſtia. Cōtra ſcādalū vl malā famā: ibi: Nota ſit. Contra ſpem longę vitę: ibi: Dominus enim pꝛope eſt. Contra auariciam: ibi: Nihil ſolliciti. Contra ſuperbiam ⁊

Baruch. 3. d.

Quadruplex bonū vię

ingratitudinē: ibi:

ꝟ ingratitudinem: ibi: Gratiarum actione ꝛc. Eſt enim

**Modeſtia**

- **Conſcientie:** Cōſciētia: contra ignorātiā. Prouerb. xiiij. b. Cor qḋ non nouit amaritudinē aīe ſue in gaudio eiꝰ nō miſcebiꝶ extraneꝰ .i. diabolꝰ: q̄ cū oībꝰ bonis nr̄is pōt ꝑdere.
- **Anime:** Conſcientia pura. Cōtra culpam. Prouerb. xv. b. Secura mens q̄ſi iuge ꝯuiuiū. Sed ſunt q̄dā qui volūt radiū ſolis leuare ꝛ auferre puluerē ab aere: ꝛ viā dn̄i parē: vt ſit oꝛo ſine puluere. Sꝫ iohānes dicit: Dirigite viam dn̄i non dicit radium. Ioh. iij. c.
- **Proprie:** Patiētia / diſcipline ꝛ tribulatiōis Roma. v. a. Gloꝛiamur ī tribulationibꝰ: cōtra timidos. Prouer. xxj. c. Gaudiū eſt iuſto facere iu-
- **Corporis:** Abſtinētia a ꝯcupiſcētijs: (ſticiā. contra voluptuoſos. j. Pet. ij. d Obſecro vos tan̄q̄ aduenas et ꝑegrinos abſtinere a carnalibꝰ deſi. Vn̄ dicit: Modeſtia vr̄a nota ſit
- **Fame:** ꝛc. Prouerb. xxij. a. Meliꝰ ē nomen bonū q̄ diuitie multe. Eccl. xlj. c. Curā habe de bono noīe.
- **In bono:** Pr̄is ꝛ mr̄is ꝛ ꝑlatoꝝ eccl̄ie. Ioh. Amicꝰ ſpōſi gaudio gaudet. (.iij. d
- **Proximi:** Fratrū ꝛ ſoroꝝ .i. chriſtiāoꝝ oim ꝯ inuidos. Bern. De alteriꝰ bono meliꝰ gaudere debes q̄ de tuo: imo plus. Vn̄ .iij. Ioh. b. Maiorē hoꝝ nō habeo grāz: q̄ vt audiā filios meos ī veritate ābulare. Hoc ē ꝯ ſtruthiones: De q̄bus Iob xxxix. c. Duraꝶ ad filios q̄ſi non ſint ſui.

B Dicit ḡ: a Modeſtia vr̄a .q.d. timoꝛ modereꝶ gaudium ſpei. ne ipſū gaudiū degeneret in diſſolutionē. Vl' Modeſtia vr̄a .i. moderata ꝛ honeſta ꝯuerſatio vr̄a. b Nota ſit oībꝰ hoībꝰ: vt alios edificet. j. Pet. ij. c. Conuerſationē vr̄am inꝶ gētes habētes bonā: vt ī eo qḋ detractāt de vobis tan̄q̄ de malefactoꝛibꝰ ex bonis opibꝰ vos ꝯſiderātes gloꝛificent deū. q.d. nō vos. Matth. v. b. Sic luceat ꝛc. Et ideo ſic modeſti: q2 c Dn̄s ꝓpe ē .i. aduētꝰ iudicis ī moꝛte .ſ. ad remunerādū vl' puniēdū: ſic dicit puerſ: Sitis in pace: q2 mgr ꝓpe ē. Iohel. iij. a. Cito velociꝶ reddā viciſſitudinē vob ſuper caput veſtrū. Iaco. v. b. Iudex eni an̄ ianuā aſſiſtit. Ideo q2 moꝛs inſtat. d Nihil ſolliciti ſitis .i. nō ſitis auari circa nihil .i. circa tꝑalia. Mat. vj. c. Dico vobis ne ſolliciti ſitis aīe vr̄e q̄d māducetis. j. Pet. v. b. Omnē ſollicitudinē vr̄am ꝓijciētes in ipſum: qm̄ ipſi cura ē de vobis. Vn̄ moyſi ſollicito nimis dictū eſt a dn̄o: Exo. xxxiij. d. Ego oſtēdā tibi omne bonū .i. ſufficiēs ꝛ plenū. Prouerb. xj. b. Expectatio ſollicitoꝝ ꝑibit. Vl' aliꝶ. c Dn̄s ꝓpe ē .i. preſto ad adiuuādū. Pſ̄.

Pſ̄. 144. Prope ē dn̄s oībꝰ iuocātibꝰ eū. Et ideo / d Nihil ſitis ſolliciti .i. non ſitis nimis timidi circa impugnātia aduerſa. Eſa. xxv. a. Factꝰ es foꝛtitudo paupis: cōtra mūdū: foꝛtitudo egeno in tribulatiōe ſua: ſpes cōtra diabolū a turbine: contra carnem vmbꝛaculū ab eſtu. c Dn̄s ꝓpe ē / ꝑ nature ꝯfoꝛmatiōnē. Luc. x. f. Samaritanꝰ alligauit vulnera eius infundēs oleū ꝛ vinū. d Nihil / ḡ / ſolliciti ſitis / de impetratiōe venie nō ſitis timidi: quia paruulus natus eſt nobis: et pro modico omnia nob dabit. Heb. iiij. d. Adeamus cum fiducia ad thꝛonum gloꝛie eius. Itē / prope per omniū vitioꝛum inueſtigationē et apertam cognitionem. Act. xvij. f. Non longe ē ab vnoquoq̄ noſtrū: in ipſo enim viuimus: et ideo opus eſt vt ſimus modeſti: quia dn̄s omīa videt. Prouerb. xx. d. Lucerna dn̄i ſpiraculum hominis: qui inueſtigat omnia ſecreta ventris. Ideo / dn̄s ꝓpe ē per gratiā inhabitantē. Apoc. xxj. a. Ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum eis. Nihil / ergo / ſolliciti ſitis / de alienis negocijs q̄ habetis talem hoſpitem. Sed omnē ſollicitudinē veſtram habete ī eo recipiēdo digne ꝛ honeſte. Itē / dn̄s prope eſt / in ſacramento euchariſtie. Nihil ſolliciti ſitis / in perſcrutando hoc: quia hoc eſt inueſtigabile. Eccl. iij. c. Altioꝛa te ne queſieris ꝛc. e Sed in omni oꝛatione. Prius remouet ſollicitudinē: quia ſollicitudo impedit oꝛationē. Unde dicitur de quodā aliquantū deuoto ī oꝛōne: cum dictum eſſet ei ꝙ opoꝛtebat eum equitare veniens ad locum oꝛationis: nihil potuit cogitare niſi qualē ſellam eſſet habiturꝰ: Dicit / in oꝛatione ſimplici: f Et obſecratione: que fit cum admiratiōe. Et dicit / omni: id eſt cōmuniter facta pro omnibus hoībus: ꝛ ꝓ quibuſlibet rebus. g Cum gratiarū actiōe: de iam habitiſ. h Petitiōes: q̄ ſūt de neceſſarijs. Nota ꝙ q̄libet diligenter debet foꝛmare petitionē que deferēda eſt coꝛam tanto papa / ſicut eſt deus. Unde ſignanter dicitur: Petitiones veſtre innoteſcāt apud deum .i. feruentes ꝛ deuote ſint vt digne poſſint intrare apud deū: ꝛ apparere coꝛam eo. Eccl. xxxv. c. Oꝛatio humiliātis ſe nubes penetrat: donec appꝛopinquet non ꝯſolabiꝶ: ꝛ non diſcedet donec altiſſimꝰ aſpiciat. Sed nota ꝙ nō poteſt bene volare oꝛatio ad tam alta niſi habeat alas duas: ieiuniū ꝛ elemoſynā. Unde Tob. xij. b. Bona eſt oꝛō cū ieiunio ꝛ elemoſyna: magis q̄ theſauros auri cōdere. Talis oꝛatio penetrat. Unde Mat. xviij. c. Si duo ex vobis ꝯſenſerint ſuper terrā de omni re quacūq̄ petierint: fiet illis a patre meo qui in celis eſt: Ubi eni ſunt duo vel tres cōgregati ī noīe meo: ibi ego ſū in medio eoꝝ. Duo ſ. elemoſyna et ieiuniū: tres ſunt ſi cōnumeretur oꝛatio: Vel due ſunt caro ꝛ ſpiritus: et cōſenſus carnis ꝛ membꝛoꝝ miſteriū: Qn̄ iſti tres cōueniunt in vnū .ſ. in obedientiā mandatoꝝ: tunc deꝰ eſt in medio eoꝛum ꝛ obtinent oīa que petunt apud deum ꝓ populo per appꝛobationē. Econtra Matth. vij. d. et. xxv. a. Non noui vos. Vel / Apud deū: quando homo in oꝛando non querit noticiā hoīm: ſed ſolum deū inſpectorē ꝯſiderat. Supra dixit ꝙ modeſtia veſtra nota ſit oībꝰ hoībꝰ ad edificationē: Hic dicit ꝙ oīno ſit nota deo ꝑ intētionē bonā. Gregꝰ. Sic opus eſt in publico / quatenus intentio maneat in occulto. Vel / i Innoteſcāt apud deum: per angelos deferētes. Tob. xij. c. Qn̄ oꝛabas cū lachꝛymis ꝛ ſepeliebas moꝛtuos ꝛ derelinq̄bas prandiū tuū: ego obtuli oꝛōnem tuam dn̄o. k Et pax dei .i. deus qui eſt ſūma pax. l Que exuperat omnē ſēſum: q2 cōpꝛehendi nō pōt deꝰ: nec etiam ipſa pax quā facit in ſublimibꝰ. Eſa. lxiiij. b. Oculus nō vidit deꝰ abſq̄ te que pꝛeparaſti diligentibus te: et. j. Coꝛ. ij. b. Aliquas etiam ſtillas illius pacis ſuperne: vix poteſt ſuſtinere etiam anima ſpiritualis: excedentia eni contemnūt ſenſus: ſicut nimius ſplendoꝛ ſolis coꝛrumpit viſum. Thꝛen. j. c. Miſit ignem in oſſibus meis: ꝛ defeci ferre non ſuſtinens. Vn̄ beatꝰ Bern. cum haberet quadam die hanc pacem: cepit clamare Sufficit / ſufficit. Gregꝰ. In quantam miſeriam cecidimus: q bonum ferre non poſſumus ad qḋ creati ſumus. Daniel. x. b. Emarcuit in me virtus mea ꝛ nō potui ſtare ſuper pedes meos. Hoc dicit quando vidit gloꝛiam dn̄i. m Cuſtodiat coꝛda veſtra / ab erroꝛe. Prouerb. iiij. d. Omni cuſtodia cuſtodi coꝛ tuum. Iob. xij. c. Ipſe habet conſilium ꝛ intelligentiam. Eccl. xxxix. a. Si deus magnus voluerit ſpiritu intelligentie replebit illum. Et nota ꝙ non ſolum eſt pax dei: ſ etiam eſt pax diaboli: ſed miſſum eſt bellum bonum vt rumpereꝶ pax mala. Unde Matth. x. d. Non veni pacem mittere in terram ſed gladium: Pax eni noſtra quam fecit deus multiplex eſt. Eſt enim pax temporis. Roma. xij. d. Cum

a b Modeſtia veſtra nota ſit oībus hominibus. c Dominꝰ eni d prope eſt. Nihil ſolliciti ſitis: e ſed in omni oratione f ꝛ obſe- g cratione cū grarū actione pe- h titiōēs vr̄e innoteſcāt apud de- i k um. Et pax dei que exuperat l m omnē ſenſum cuſtodiat coꝛda vr̄a ꝛ intelligentias vr̄as ī chꝛiſto ieſu. De cetero fratres

omnibus hoībus pacem habentes. Item eſt pax pectoris .ſ. tranquillitas. Roma. j. a. Gratia vobis ⁊ pax. Item eſt pax eternitatis. Eſa. xxxij. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducie ⁊ i requie opulēta. Itē ē pax reconciliationis. Eſa. xxvij. b. Pacē mihi/ pacem mihi faciet.

Iterū. Chriſtus dicitur pax nr̄a. Eph. ij. c. Ipſe eſt pax nr̄a ⁊c. a Quecūq̄ ſunt vera: Ecce fides ad deum. b Pudica: caſtitas in ſe .ſ. quātū ad carnem/ contra luxuriā. c Iuſta/ ad proximū. Hec tria ſunt illa tria/ Titum. ij. d. Sobrie ⁊ pie ⁊ iuſte viuamus in hoc ſeculo. Hec ſunt illa tria Math. ij. b. Obtulerūt ei aurum thus et myrrham. In thure cultus dei: in myrrha ſobrietas: in auro iuſticia: cū aurū debeaꝛ paupib⁹ q̄ꝛ ē reddit⁹.

a quecūq̄ ſūt vera/ q̄cūq̄ pudi
b ca/ q̄cūq̄ iuſta/ q̄cūq̄ ſancta/
c d e f q̄cunq̄ amabilia/ quecūq̄ bo
g h ne fame. Si q̄ virt⁹/ ſi q̄ua laus
i diſcipline: hec cogitate: que ⁊
k didiciſtis ⁊ accepiſtis ⁊ audiſtis
l ⁊ vidiſtis i me. Hec agite: ⁊ de
m n us pacis erit vobiſcū. Gauiſ⁹
ſū aūt in dn̄o vehementer: quo
o niam tandem aliquando re
p floruiſtis pro me ſentire ſicut
q et ſentiebatis. Occupati aūt
r eratis. Non quaſi propter pe
s nuriam dico. Ego eni didici

d Quecunq̄ ſcā/ in ꝓpria vita .ſ. qm̄ ad ſe: vt ſanctitatem habeat homo in ſe. ij. Cor. vij. a. Mūdemus nos ab omni inquinamento carnis ⁊ ſpiritus. e Amabilia: alioꝝ virtutum. Glo. i. digna amari: vt modeſtus inceſſus humilis ſermo: et huiōi. Eccl. xix. d. Ex viſu cognoſcitur vir: ⁊ ab occurſu faciei ſenſatus: amict⁹ corpis ⁊ riſus dentiū ⁊ inceſſus hoīs enūciāt de illo. Et nota q̄ honeſti mores exterius ſunt q̄ſi flores ſup quos bone apes reſident ⁊ inde trahūt dulcedinē per exēplū. Similes ſūt ſic ſcabrones: q̄ flores dimittūt ⁊ ad ſtercora vadūt. Iſti ſūt doctores q̄ ſua vita praua dāt alijs malū exēplū. f Quecūq̄ bone fame. Hoc dicit q̄ꝛ bona fama ex predictis venit. Prouerb. xxij. a. Melius eſt nomē bonū q̄ꝫ diuitie multe. Eccl. xlj. c. Curam habe de bono noīe. i. de his q̄ faciūt bonū nomē. Similiter dicit hic: Quecūq̄ bone fame. Hic dicit q̄ bona fama ex predictis venit. Quecūq̄/ ſunt/ bone fame/ cogitate .ſ. et agite. i. quecunq̄ faciunt ad bonā famā: dūmodo ſit bona. Et hoc. g Si qua virtus/ in eis ē: id ē/ h Si q̄ laus diſcipline/ ē in eis. i. laudabilis diſciplina. q. d. ſolliciti ſitis de bona fama in his q̄ ſpectāt ad virtutes ⁊ diſciplinatos mores. Nō eni curāda ē bona fama de viribus vel de ſcientia mūdi: vel de alijs ſecularib⁹: ſed de virtutibus ⁊ morib⁹. Vel ita diſtingue: vt hoc/ Si qua laus/ referatur ad alia predicta hoc modo. i Cogitate q̄ ſūt iuſta ⁊c. Si qua virt⁹ ē i eis: ⁊ cogitate quecūq̄ ſūt bone fame: ſi q̄ laus diſcipline/ ē i eis. Hec iquā cogitate q̄/ oīa ſupra dicta/ didiciſtis ⁊ accepiſtis. Et exponēdo dicit: k Et audiſtis ⁊ vidiſtis. q. d. didiciſtis audiēdo: verba accepiſtis videndo extra in me docente ⁊ faciente ꝑdicta. Iō ſecure dicebat: Imitatores mei eſtote: ſ. iij. d. ij. Cor. vij. a. Capite nos neminē leſimus/ neminē corrupim⁹/ neminē circūuenim⁹: Moderni p̄lati hoc nō poſſunt dicere. l Hec agite ⁊ deus/ dator/ pacis. m Erit vobiſcū/ adiuuās vos: hec facere: Vel. i. deus qui eſt pax. ij. Cor. xiij. d. Idipſum ſapite: pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcū. Heb. vlt. d. Deus aūt pacis q̄ eduxit de mortuis paſtorem magnū ouiū i ſanguie teſtamēti eterni: dn̄m noſtrū ieſū chriſtum aptet vos in omni bono. n Gauiſus ſū aūt. Hic terminaꝛ moralis inſtructio ⁊c. Scd̄a pars capituli huius: in qua reddit eis grās de impenſo beneficio. Primo oſtēdens ſe gaudere qd̄ bonū fecerūt ei. Scd̄o excuſat eos: q̄ꝛ tam tarde fecerūt: ibi: Occupati. Tertio dicit: quia non gaudet de dato: q̄ꝛ ſine dato ipſoꝝ ſufficiebat ſibi paupertas ſua: ſed tn̄ beniuolentiā eoꝝ cōmendat: ibi: Non q̄ſi propter pecuniā ⁊c. Quarto reddit gratias q̄ alias communicauerūt ei bona ſua: ibi: Scio autem. Quinto q̄ non datum curat/ ſed ꝓfectum eorum: ibi: Nō quero. Sexto orat pro eis: ibi: Deus autem. Ad vltimū autem eos ſalutat. Et in hoc terminat epiſtolam. Dicit: Gauiſus ſum autem in dn̄o: non in dono veſtro. i. non ꝓpter donū. q. d. non quero veſtra ſed vos.

t in quibus ſum ſufficiens eſſe.
v x Scio ⁊ humiliari: ſcio ⁊ abū
dare. Vbiq̄ ⁊ in omnibus in
ſtitutus ſum: ⁊ ſatiari ⁊ eſuri
re: ⁊ abundare ⁊ penuriam pa
y z ti. Omnia poſſum in eo q̄ me
a b confortat. Veruntamē bene
c feciſtis/ cōmunicantes tribu
lationi mee. Scitis autem et
vos philippenſes q̄ in prin
cipio euangelij quando pro
d fectus ſum a macedonia nul
la mihi eccl̄ia communicauit
e in ratione dati et accepti: niſi

o Refloruiſtis: ad modum arboris: id eſt iterum floruiſtis miniſtrando mihi neceſſaria: ſicut olim feciſtis: Que miniſtratio dicitur flos: quia inde fructus vite eterne ꝓuenit. Vel/ Refloruiſtis: a ſimilitudine arboꝝ: q̄ꝛ ſterilitate aruerāt ⁊ q̄ſi marcuerāt. Iob xiiij. b. Lignū habet q. d. lapis non habet ſpem: ſi preciſū fuerit rurſum vireſcit: ⁊ rami eius pullulant: ſi ſenuerit in terra radix eius ⁊ in puluere mortuus fuerit: truncus illius ad odorem aque germinabit et faciet comam quaſi cum primum plantatum eſt. Refloruiſtis/ dico. Ita vt oſtenderetis vos. p Pro me ſentire: id eſt compati mihi ad vtilitatē meam. i. Quedā bibliothece habent/ per me: et ſic videtur q̄ apoſtolus eos reuocauerit quandoq̄ ab errore ad priorem fidem. q Occupati autem ⁊c. i. impediti. Eccl. xl. a. Occupatio magna creata eſt hoībus ⁊ iugum graue ſuper filios ade. Eccl̄s. j. c. Hāc occupationē peſſimā dedit deus filijs hoīm: vt occuparentur in ea. r Nō q̄ſi propter penuriā dico/ me gauiſum eſſe. s Ego eni didici ⁊c. id eſt conſuetus ſum eſſe contentus his que habeo: ſiue multum ſiue parum habeam. j. Timoth. vj. b. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti ſumus. t Sufficiens: id eſt contentus in eis nō aliena querens. ij. Cor. xj. b. Cum eſſem apud vos ⁊ egerem nulli onēroſus fui: et poſtea in omnibus ſine onere me ſeruaui vobis ⁊ ſeruabo. Et in eodem. ſ. In fame ⁊ ſiti in frigore ⁊ nuditate. v Scio ⁊ humiliari: quia inde non frangor. x Et abūdare: et quia inde non erigor. Hec eſt optima ſcientia/ ſcire pati omnē fortunam: ſed maxime proſperā. Prouerb. xiij. a. Eſt q̄ſi diues cum nihil habeat: talis bene ſcit humiliari: et ē quaſi pauper cum in multis diuitijs ſcit abundare. ij. Cor. vj. b. Sicut egentes multos autem locupletantes: tanq̄ nihil habentes ⁊ omnia poſſidentes. Econtra multi male ſe habent in vtroq̄. Eccl. x. d. Qui gloriaꝛ. i. ſupbit dū eſt in paupertate quāto magis in ſubſtantia: et qui gloriaꝛ in ſubſtātia vereatur paupertatem. y Omnia poſſum. Marci. ix. d. Omnia poſſibilia ſunt credenti z In eo qui me confortat. Rom. iiij. d. Non heſitauit diffidentia: ſed ꝯfortatus eſt fide. Luc. xxij. e. Apparuit angelus de celo confortans eum. a Veruntn̄/ licet non indigerem. b Bn̄ feciſtis cōmunicātes/ bona veſtra. c Tribulationi mee. i. mihi tribulato. Vel cōmunicātes. q. d. per cōpaſſionē feciſtis vos ſocios mihi i tribulatiōe. i. in fructu tribulatiōis. j. Pet. iiij. c. Communicātes chriſti paſſionibus/ gaudete. Heb. x. g. Nā et vinctis compaſſi eſtis ⁊ rapinam bonorum veſtroꝝ cū gaudio ſuſcepiſtis. d Nulla mihi eccleſia cōmunicauit/ bona ſua. e In ratione dati ⁊ accepti. Glo. vt. ſ. rationabiliter conſideraret qd̄ deberent dare carnalia: qui ſpūalia accipiebāt. Eccl. xliij. c. In diuiſiōe ſortis da ⁊ accipe. j. Cor. ix. b. Si ſpūalia vobis ſemiam⁹: magnū eſt ſi carnalia vr̄a metam⁹. Ps. Sumite pſalmū ⁊ date tympanum. Niſi vos ſoli. Queritur q̄re accepit ab iſtis ⁊ nō a corinthijs: neq̄ a theſſalonicēſib⁹ ſic dicitur. ij. Cor. xj. b. In oib⁹ ſine onere me vobis ſeruaui ⁊ ſeruabo. Et. j. Theſſal. ij. a. Cū tn̄ poſſemus

4. diſ. c. q̄ dicit. in fine

B

Ps. 80.

ꝗ vobis oneri eſſe/ vt chriſti apl̃i: ſed facti ſum⁹ paruuli in me-
dio veſtꝝ. Sol. Ab iſtis poti⁹ accepit: quia nec erāt a pſeudo
p̄euenti: nec auaricia erat in eis vt i ill'. a In vſum. q. d.
ad vtendū miſiſtis: nō ad theſauriçādū: nec ad luxuriādū: cō
tra p̄latos auaros et luxurioſos. b Nō qꝛ quero da-

nisi vos ſoli: quia ꝛ theſſalo-
a nicam ſemel ꝛ bis in vſum mi
b hi miſiſtis. Nōn quia quero
c datum / ſed requiro fructum
d abūdantem in ratiōe veſtra.
e Habeo aūt omnia ꝛ abūdo.
f Repletus ſum acceptis ab
g epaphrodito: que miſiſtis in
h odorem ſuauitatis: hoſtiā ac-
i ceptam placentem deo. De⁹
k autem me⁹ impleat omne de-
l ſideriū veſtrum ſm diuitias
m ſuas in gloria in chriſto ieſu.
n Deo autem ꝛ patri noſtro glo
o ria i ſecula ſeculorum: Amē.
Salutate omnem ſanctum in
p chriſto ieſu. Salutant vos q̄
mecum ſunt fratres. Salutāt
q vos ōmes ſancti: maxime au-
tem qui de ceſaris domo ſūt.
r Gratia dñi noſtri ieſu chriſti
cum ſpiritu veſtro: Amen.

Explicit epiſtola pauli
ad Philippēſes.

tū. Eccl.xx.b. Da-
tus inſipiētis nō erit
vtilis tibi: Oculi eni
illius ſeptemplices
Pſ.72. ſunt. Pſ. Quid mi-
hi ē in celo. q. d. ma-
gnū eſt qd̕ habeo in
celo. Et ideo ſequit:
Quid a te volui ſup
terrā: q. d. nihil. c
Roma.12.a Sꝫ requiro fru-
ctū. i. vr̃m ꝓfectū:
q. d. qd̕ datis ſemen
eſt: qd̕ venditis fru-
ctus eſt. ij. Cor. ix. b
Qui parce ſeminat
ꝛc. Et in eodem. c.
Qui autē adminiſtrat
ſemē ſeminānti ꝛ pa-
nem ad manducādū
p̄ſtabit: ꝛ augebit in
cremēta frugū iuſti-
cie vr̃e. Et h̄ eſt qd̕
dicit: d Abūdā-
tē in rōne vr̃a. q.
d. hūc fructū reqro ī
vobis: vt. ſ. gr̃a fidei
ſit i mēte ꝛ rōne vr̃a.
Fructus eni rōnis:
id ē aīe. i. rationabi
les motus ſūt fidei:
bona conſilia et ſan-
cta deſideria. Uel/ Ratiōe vr̃a: vt. ſ. in computatiōe vr̃a cū
reqret villicatio cōmiſſa vobis: in die iudicij copiā bonorum
operū habeatis. Luc.xvj.a. Redde rationē villicatiōis tue.
e Habeo autē oia. ſ. ſufficientia oia q̄ miſiſtis habeo.
Mat.xxv.c. Omni habēti dabitur ꝛ abūdabit. Luc.xix.d.
idem. f Replet⁹ ſū. q. d. nolo plus. Exo.xxxvj.a. Dixe-
rūt moyſi: plus obtulit ꝑp̄ls q̄ neceſſarium. Juſſit ḡ moyſes
p̄conis voce cantari: nec vir nec mulier quicq̄ vltra offerat in
ope ſanctuarij. Ecōtra/ in eccleſia ſunt modo duo p̄cones. ſ.
luxuria ꝛ auaricia ſacerdotū: q̄ clamāt: affer/ affer. P̄lat⁹ ē
ſanguiſuga: qꝛ comedit libent̄ pctā ꝑp̄li: que ſūt ſanguis: et ſu-
git delitias eoꝝ oblata ꝓ pctis. Oſee.iiij.b. Pctā ꝑp̄li come-
dit ꝛc. g Que miſiſtis i odorē ſuauitatis. Elemoſyna
eni eſt thus: qꝛ ꝛ ipſa orat. Uñ Eccl.xxix.b. Cōclude elemo-
ſynā in ſinu paupis: et hec exorabit ꝓ te ab oī malo. h Ho
ſtiā acceptā. Hoſtia eni offerebat̄ ꝓ hoſtib⁹ deuincendis
q. d. elemoſyna quā feciſtis i me: pugnabit ꝓ vobis ꝯ diabo-
lū. Uñ Eccl.xxix.c. Sup ſcutū potētis ꝛ ſup lanceā aduerſus
inimicū tuū pugnabit. Et nota q̄ nō tm̄ rerū largitio: ſ3 etiam
carnis maceratio ē ſacrificiū deo: vt dr̄ Roma.xij.a. Obſe-
cro vos ꝑ miſericordiā dei vt exhibeatis corpa vr̃a hoſtiā deo
viuētē: ſctāꝫ/ deo placētē: Acceptā ꝛ placētē/ dic: vt. ſ. de⁹
accipiat eā placide. i De⁹ aūt me⁹. Quare dic/ me⁹. Ro-
ma.iij.a. An iudeoꝝ de⁹ tm̄: nonne ꝛ gentiū: ſicut oim ꝑcrea
tiōe: Sꝫ ſctōꝝ gr̃e collocatiōe. Apl̃i aūt erat ſpecialis ꝑ fami-
liaritatē: ſicut dicit̄ de aliq̄ q̄ rex ē ſuus: qñ familiaris ē ei: et fa
cit de ipſo rege q̄cq̄d vult. k Impleat oē deſideriū ve
Pſ.19. ſtrū. Pſ. Impleat dñs oēs petitiōes. Prouerb.xj.c. Deſi
deriū iuſtoꝝ oē bonum eſt. Jbidem.x.c. Deſideriū ſuū iuſtis
dabit̄. Ecōtra. Prouerb.xij.b. Deſideriū impij monumētū
eſt peſſimoꝝ. i. diaboli. Mat.viij.d. habet̄ de iſtis monumen
tis. l Scdm̄ diuitias ſuas. q. d. ſicut decet magnū ma-
gna dare. Heſter.j.b. Uinū q̄q̄ vt magnificētia regia dignū
erat abundans: et p̄cipuū ponebatur. Eph.iij.c. Det vobis
ſm diuitias glie ſue virtutē: Jbi habet̄ d̕ h̄. m In gloria/ et
na. q. d. volo q̄ de⁹ det vob̄ diuitias glorie nō ignominie. in
chriſto ieſu: n Deo aūt ꝛ pr̄i nr̄o. i. q̄ eſt de⁹ ꝛ pr̄. o
Gl̃ia/ Pa⁹ eis op-
tauit gloriā. hic deo
optat gloriam quia
ei⁹ eſt ꝓprie. Eſa.xlij
b. Gloriā meā alteri
nō dabo: et laudem
meā ſculptilib⁹. i. hy
pocritis q̄ ſūt idola-
tre. j. Timoth.j.d.
Soli deo honor et
gloria in ſecl'a. Tob.
xij.b. Regē ſeculo-
rū exaltate in opib⁹
vr̃is: nō ſolū in ver-
bis. p Salutāt
vos q̄ mecū ſūt.
j. Cor. vlt. d. Salu
tāt vos oēs fratres:
ſalutate inuicē oſcu-
lo ſctō. q Omēs
ſcti: maxime q̄ d̕
ceſaris domo ſūt.
Argumētū q̄ ſancti
p̄ſit eſſe i curia nero-
nis. Putat̄ ſeneca q̄
tūc erat de domo ce
ſaris amicus pauli
fuiſſe: cui etiā ſcribit
eplās. r Gr̃a dñi
nr̄i ieſu chriſti cū
ſpū veſtro: amē.
ij. Timoth. vlt. d.
Dñs nr̄ ieſus chriſtus cū ſpū tuo: gr̃a dei vobiſcū amē. Hic
ſumit̄ qd̕ rūdetur ſacerdoti dicēti: Dñs vobiſcū. Ruth.j.b.

Explicit Poſtilla dñi Hugonis Cardinalis ſuper
epiſtolam Pauli ad Philippenſes.

## Incipit Argumentum in epiſtolam ad Coloſſenſes.

Coloſſenſes/ et hi ſicut
laodicenſes ſunt aſia-
ni: et ipſi p̄ueti erant a pſeu
do apoſtolis. Nec ad hos ac
ceſſit ipſe apoſtol⁹: ſed ꝛ hos
per epiſtolā corrigit. Audie-
rant eni verbum ab archippo
qui ꝛ miniſterium in eos acce
pit. Ergo apoſtolus iam liga
tus ſcribit eis ab epheſo per
tichicum diaconem ꝛ oneſimū
acolythū.

Explicit Argumentum.

## Incipit epiſtola Pauli ad Coloſſenſes. Capitulum I

Paul⁹ apo-
s ſtolus ieſu chri-
t ſti ꝑ volūtatē dei
v

## Reuerēdiſſimi in chriſto patris et dñi/ dñi Hugonis ꝛc. Cardinalis Poſtilla ſup epiſtolā pauli ad Coloſſenſes Incipit.

Expoſitio Capi. I.

Paul⁹ apl̃s ꝛc. Hāc eplām ſcribit apl̃s Co-
loſſenſib⁹. Coloſſis aūt ē in aſia q̄dā parte gre-
cie: Jſti ꝯuerſi ſunt a diſcipulis pauli archippo
et epaphro. Jpſis autem a pſeudo p̄uentis: et
iam dubitātib⁹ q̄d tenēdū ſit: vtrū id qd̕ p̄dica-
bāt diſcipuli pauli: aut id qd̕ pſeudo ſcribit eis
ab epheſo: oſtēdēs eis fidē chriſti: vt euāgeliū ſufficeret ad ſa-
lutē. Diuidit̄ aūt h̄ epl̃a i duas ptes. Jn p̄ma pte inſtruit eos
i fide. Jn ſcda de morib⁹. j. iij. a. ibi: Jgit̄ ſi ꝯſurrexiſtis cū
chriſto ꝛc. Prima ps diuidit̄ in duas ptes. Jn p̄ma cōmē-
dat chriſtū vt ipſū ſolū oſtēdat ſufficere ad ſalutē. Et h̄ ꝑ pri-
mū totū capl̃m. Jn ſcda legalia eſſe abolita ꝑ totū ſecundū.
Primo ḡ in p̄ma pte ſuo more ſalutat eos. Scdo gr̃as agit d̕
fide ꝛ diſcretiōe creſcēte i ipſis: qꝛ didicerūt ab epaphro: ibi:
Gr̃as agim⁹. Tertio orat ꝓ eis: et q̄d ꝓ eis orat inſinuat:
vt. ſ. ꝑficiant̄ ꝛ impleant̄ fide/ virtutib⁹ gaudio: ibi: Jdō ꝛ nos
ꝛc. Quarto gr̃as agit ꝛ agere docet de tāta vocatiōe: et a tā
to. i. pr̃e: et in tāto. i. filio cui⁹ benignitas deſcribit̄ ꝛ opatio et
magnitudo ꝛ multiplicit̄ cōmēdat̄ fili⁹ dei: ibi: Gr̃as agētes.
Quīto cōmemorat eis veterē eoꝝ vitā ꝛ ei⁹ mutationē: ibi:
Et vos cū eſſetis. Sexto ſuā pſonā ꝛ officiū cōmēdat vt ei
meli⁹ credat̄: ibi: Cui⁹ fact⁹ ſū ꝛc. Dicit ḡ: s Paulus
noie. t Apl̃s/ et dignitate: nō vni loco/ ſed generalit̄: ſpecia-
lit̄ tñ iſtis qb⁹ ꝑ diſcipulos ſuos p̄dicauerat. v Per volū

ꝗ tatem dei/ hō placiti